

non esse Messiam, eo quod ipsis templum et ci-  
tatem hic ab Ezechiele descriptam non edific-  
et; tandem tamen fatetur urbem hanc cum tem-  
plo spiritalem fore et mysticam, non corporalem.  
*Ita R. Salomon hic fatetur, alioque: Omnia que in  
Ezechiele de Jerusalem scribuntur, de sancta ci-  
vitate superna Jerusalem absque dubio intelli-  
genda sunt. Idem docent Thalmudistae, quos ci-  
tat Finus lib. II *Flagelli Judeor.* cap. viii, ubi per  
Jerusalem congregatiōneō gentium ad Christum,  
sive universitatem christianorum; per templum,  
congregationem sacerdotum; per portam clau-  
sam, B. Virginem accipendam esse docet: Alio-  
qui, inquit, civitas haec mundi magnitudinem  
adsequaret, si non superaret. Quia ratio non est  
solida: nam haec 18 milia civitatis, que hi nu-  
merat Ezechiel, non sunt leucarum, ut ipse cum  
Rabbini censem, sed calmarum. Itaque civitas  
haec cum 12 tribibus, sacerdotibus et Levitis  
symbolice significabat Ecclesiam cum 12 Aposto-  
lis, populo fidei, sacerdotibus et diaconis. Est  
in quadro posta, quia firmissima, ut porte in-  
feri ei prevalere nequeant. A singulis lateribus  
habet tres portas: quia undique a quatuor mundi  
piagis ad illam concurrerunt et ingressus sunt  
gentes, idque per fidem SS. Trinitatis. Duodecim  
tribus sunt omnes fideles et christiani; hi enim  
sunt veri Israelite, filii Apostolorum, cives san-  
ctorum, et domestici Dei. Nomen civitatis est *Dominus* (hebr. *Jehova*) *vobis*, quia in Ecclesia est  
Deus, qui est summum et omnium rerum esse. Ibi  
est SS. Trinitas, Pater, Filius, et Spiritus Sanctus.  
Ibi realiter et corporaliter in sacramento et sa-  
crificio Eucharistiae est Jesus Christus, Deus et  
homo. Quanta haec dignitas! quanta consolatio!  
quanta praevidentia! quid enim deesse potest ei  
qui Deum habet!*

Anagogie, haec civitas cum 12 tribibus et por-  
tis significat Ecclesiam electorum triumphantium.  
Ita enim huic aliudens, immo verba Ezechielis ci-  
tans eam explicat S. Joannes, *Apocal.* XII, 10:  
Ostendit; inquit, mihi civitatem sanctam, Jeru-  
alem descendenteē de celo a Deo, habentem  
claritatem Dei, etc. Et habebat murum magnum  
et altum, habentem portas duodecim, et nomina  
inscripta, que sunt nomina duodecim tribuum  
filiorum Israel. Ab Oriente portae tres, et ab Aqui-  
lone portae tres, et ab Austro portae tres, et ab  
Occidente portae tres. Civitas in quadro posita est,  
et longitudine ejus tertia, quanta et latitudine. Et  
mensus est murum ejus centum quadrangula  
quatuor cubitorum, mensura hominis, que est An-  
geli, etc. Vide ibi dicta, vide et ea que dixi  
*Numer.* II, sub finem. Castra enim 12 tribuum  
circa tabernaculum erant quasi urbs mobilis et  
castrensis, significans Ecclesiam militante*m*, que  
ad triumphantem; idque armis man,  
decretans, et perrumpens per medios hostes car-  
nis, mundi et diaboli. Civitas Dei paradise*s* est,  
ubi vita, et gaudia eterna; civitas diaboli ter-  
ra*t*

Ita nunc fortis ubi celo magni  
Duct exempli via, cur ineris  
Terga nudius? superata telos  
Sidera donat,

Beatus ero, si fuerint reliquiae seminis mei ad  
videndum claritatem Jerusalem. Porte Jerusalem  
ex sapphiro et smaragdo edificabuntur. Ex lapide  
candido et mundo onus platea ejus sternentur,  
et per vios ejus allua cantabitur. Benedictus  
Dominus, qui exaltavit illam, et sit regnum ejus  
in seculum seculorum super eam, Amen. Quo-  
niam apud te, Domine, est fons vite, et in lu-  
mine tuo videbimus lumen. O quando hoc lumen  
illucescat? o quando inclinabuntur umbrae mor-  
taliatis, et aspirabit dies divine immortalitatis?  
Quid enim mihi est in celo, et a te quid volu-  
super terram, Deus cordis mei, et pars mea Dei  
in *ETERNUM?*

## PINICION

## DEI OPTIMI MAXIMI

CURRU CHERUBICO IMPIOS DEBELLANTIS,

DE HISQUE TRIUMPHANTIS, EX ORACULIS EZECHIELIS

I. Aperi sunt coeli, et vidi visiones Dei.

Et vidi, et ecce ventus turbilis veniebat ab  
Aquilone: et nubes magna, et ignis involvens,  
et splendor *ix*, circuite ejus: et de medio ejus  
quasi species electri, id est de medio ignis.

Et in medio ejus similitudo quatuor animalium:  
et hic aspectus eorum, similitudo hominis  
in eis.

Quatuor facies uni, et quatuor penne uni.

II. Et vidi, et ecce manus missa ad me, in qua  
erat involutus liber: et expandit illum coram me,  
qui erat scriptus inlus et foris: et scripta erant in  
eo lamentationes, et Carmen, et via.

III. Et comedi illud: et factum est in ore meo  
sicut mel dulce.

Ecco dedi faciem tuam valentiori faciebus  
et frontem tuam diuiriore frontibus eorum,  
et frontem tuam diuiriore frontibus eorum.

Ut adamantem, et ut silicem dedi faciem tuam;  
ne times eos, neque metuas a facie eorum: quia  
omnes exasperans est.

IV. Pone sarlaginem ferream in murum ferreum  
inter te, et inter civitatem. Et dormis super la-  
tus sinistrum trecentos nonaginta diebus pro ini-  
quitatibus domus Israel.

Deinde dormies super latos dextrum quadra-  
ginta diebus pro iniqualitate domus Iuda.

Et aquam *ix* mensura bibes, sextam partem  
hinc.

Panem subcinereum comedes, et stercore ho-  
minis operies illum.

Et dixi: A, a, a, Domine Deus, ecce anima  
mea non est polluta: et mortificum, et laceratum  
a bestiis non comedи ab infante mea usque nunc,  
et non est ingressa in os meum omnis caro im-  
munda.

Et dixit ad me: Ecce dedi tibi finum boum  
pro sterecoribus humanis: et facies panem tuum  
in eo.

V. Rades caput et barbam, ac pilos divides,  
tertiam partem igni combures, tertiam concides  
gladio, tertiam disperges in ventum.

Vivo ego, dicit Dominus, quia violasti sanc-  
tum meum, tercia pars tui peste morietur, tercia

gladio cadet, terciam in omnem ventum disper-  
gam.

Et eris opprobrium et blasphemia, exemplum  
et stupor in Gentibus.

VI. Montes Israel, audite verbum Domini: Ecce  
ego inducam super vos gladium; et disperdam  
excalce vestra.

Et dabo cadavera filiorum Israel ante faciem  
simulacrum vestrorum: et dispergam ossa ves-  
tra circum aras vestras.

Hec dicit Dominus Deus: Percute manum tuam,  
et allide pedem tuum, et dic: Ne, ad omnes  
abominationes malorum domus Israel: quia glu-  
dio, fame, et peste ruirunt sunt.

VII. Hec dicit Dominus: Finis venit, venit finis  
super quatuor plagas terre.

Ornamentum monilium suorum in superbiam  
posuerunt, et imagines simulacrum fecerunt  
ex eo.

Propterea dabo illud in manus alienorum ad  
diripiendum, et impis terre in predam, et con-  
taminabunt illud.

VIII. Emissa manus, et spiritus elevavit me  
inter cœlum et terram, et adduxit me in Jerusa-  
lem

E id ab Aquilone porte altaris idolum zeli  
in *ix* introitu.

Et sic: Videbis abominationes majores.

IX. xit Dominus scriptori vestito lineis: Transi  
per *ix* iam civitatem in medio Jerusalem: et  
signa thau super frontes virorum gementium, et  
dolentium super cunctis abominationibus que-  
funt in medio ejus.

Deinde dixit sex viris, quorum quisque habebat  
vas interfectionis in manu: Transi per civitatem  
sequentes eum, et percuteat: non parcat oculus  
vester, neque misereamini.

X. Vidi Cherubim, et super ea clementum,  
et solium ex sapphiro.

Et extendit Cherub manum de medio Cherubim  
ad ignem qui erat inter Cherubim: et sumpsit,  
et edidit in manus ejus, qui indutus erat lineis:  
qui accipiens egressus est.

XI. Cogitant filii Israel, dicentes: Nonne dudum

sedificate sunt domus? haec est lebes, nos autem carnes.

Propterea haec dicit Dominus Deus: Interfecti vestri, quos posuisti in medio ejus, hi sunt carnes, et haec est lebes: et educam vos de medio ejus.

XII. Tu ergo, fili hominis, fac tibi vasa transmigrationis, et transmigrabis per diem coram eis: transmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum, in conspectu eorum, si forte aspiciant: quia domus exasperans est.

XIII. Hec dicit Dominus Deus: Vnde prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident?

Quasi vulpes in desertis, prophetae tui, Israel, erant.

Non ascendistis ex adverso, neque opposuitis murum pro domo Israel, ut staretis in praefio in die Domini.

Ecce ego ad pulvilos vestros, quibus vos capitis animas volantes: et dirumpam eos de brachis vestris: et dimittam animas quas vos capitis, animas ad volandum.

Et dirumpam cervicalia vestra, et liberabo populum meum de manu vestra, neque erunt ultra in manibus vestris ad praedandum: et sciatis quia ego Domini.

XIV. Si fuerint tres viri isti in medio ejus, Noe, Daniel et Job: ipsi justitia sua liberabunt animas suas, sed nec filios, nec filias liberabunt: sed ipsi soli liberabunt, terra autem desolabitur.

XV. Fili hominis, quid fiet de ligno vito, ex omnibus lignis nemorum, que sunt inter ligna sylvarum?

Ece igni datum est in escam: utramque partem ejus consumpsit ignis, et medietas ejus redacta est in favillam: numquid uile erit ad opus?

XVI. Projecta es super faciem terrae in abjectione anime tua, in die nata ea.

Et vestivi te discoloribus, et calceavi te ianthino: et cinxii te byssu, et indui te subtilibus.

Et ornavi te ornamento, et dedi armillas in manibus tuis, et torqueui circa collum tuum.

Propreterea, meretrix, audi verbum Domini.

Et judicabo te iudicis adulterarum, et effundentium sanguinem: et dabo te in sanguinem furoris et zeli.

Et dabo te in manus eorum, et destruent lupi tuum; et demolientur prostibulum tuum: et denudabunt te vestimentis tuis, et anferent vas decoris tui: et derelinquent te nudam, plenariae ignominia.

Et adducent super te multitudinem, et lapidabunt te lapidibus, et trucidabunt te gladiis suis.

Et comburent domos tuas igni.

XVII. Hec dicit Dominus Deus: Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis et varietate, venit ad Libanum, et tulit medullam cedri.

Summitatem frondum ejus avulsit: et transportavit eam in terram Chanaan, in urbe negotiatorum posuit illam.

XVIII. Quid est quod inter vos parabolam vertitis in proverbium istud in terra Israel, dicentes: Patres comedebunt uvam acerban, et dentes filiorum obstupescunt?

Vivo ego, dicit Dominus Deus, si erit ultra vobis parabolam haec in proverbium in Israel.

Anima, que peccaverit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filii: justitia justi super eum erit, et impieci impi erit super eum.

Sicut autem impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, quae operatus est, et custodierit omni precepta mea, et fecerit iudicium et iustitiam: vita vivet, et non morietur.

Omnium iniquitatibus ejus, quas operatus est, non recordabor: in justitia sua, quam operatus est, vivet.

Si autem averterit se justus a justitia sua, et fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes, quas operari solet impius, numquid vivet? omnes justitia ejus, quas fecerat, non recordabuntur: in prevaricatione, que prevaricationis est, morietur.

XIX. Leona tulit unum de leunculus suis, leonem constituit eum: didicit predam capere, et homines devorare.

Didicit vidua facere: hinc Gentes miserunt eum in cavernam, in catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis.

Et facte sunt ei virgo solidae in sceptris dominantium.

Et evulsa est in ira, ignis fructum ejus comedit: planctus est, et erit in planctum.

XX. Vivo ego, dicit Dominus Deus, quoniam in manu forti, et in brachio extento, et in furore effuso regnabo super vos.

Et dixi: A, a, a, Domine Deus: ipsi dicunt de me: Numquid non per parabolam loquitur iste?

XXI. Et dices terra Israel: Hec dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te, et ejiciam gladium meum de vagina sua, et occidam te in justum et impium.

Ut cedat victimas exactus est: ut splendeat, limatus est: qui moves sceptrum filii mei, succidens omne lignum.

Exacuere, vade ad dexteram, sive ad sinistram, quoconque facies tuis. Et appetitus.

Stetit enim rex Babylonis in bivio, in capite duarum viarum, divinationem querens, commissaria sagittas: interrogavit idola, exta consultum.

Ad dexteram ejus facta est divinatio super Ierusalem, ut ponat arietes, ut apertis os in cœde, ut elevet vocem in ululatu, ut ponat arietes contra portas, ut comportet aggerem, ut adficeat munitiones.

Tu autem, profane, imple dux Israel, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita.

Hec dicit Dominus Deus: Aufer cidadim, tolle coronam: nonne haec est, que humilem sublevavit, et sublimem humiliavit?

Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam: et hoc non factum est, donec veniret cuius est iudicium, et tradam ei.

Et tu, fili hominis, propheta, et dñe: Hec dicit Dominus Deus ad filios Ammon, et ad approbrium eorum, et dices: Muero, muero, evaginate ad occidendum, lama te ut interficias, et fulgeas.

XXII. Et tu, fili hominis, nonne judicas, nonne judicias civitatem sanguinum?

Sanctuaria mea sprevisti, et sabbati mea polisti.

Et quesivi de eis virum, qui interponeret se, et starcer oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam: et non inventi.

XXIII. Fili hominis, duas mulieres filie matris unius fuerunt.

Et fornicata sunt in Egypto, in adolescentia sua fornicatae.

Nomina earum Oolla major, et Oolla soror ejus minor: earum nomina, Samaria Oolla, et Jerusalem Oolla.

Fornicata est Oolla, et insanivit in amatores suos, in Assyrios propinquantes, vestes hyacintho, juvenes cupidinos, ascensores equorum.

Propterea tradidi eam in manus amatorum suorum, in manus filiorum Assur, super quorum insanivit libidine.

Quod cum vidisset soror ejus Oolla, plusquam illa insanivit libidine: et fornicationem suam super fornicationem sororis sue ad filios Assyriorum præbuit impudentia, ducibus ad se venientibus, indutis ueste varia, equitibus qui vectabantur equis, et adolescentibus forma cunctis egregia.

XXIV. Hec dicit Dominus Deus: Pon ollam, et mitte in eam aquam.

Congre frusta ejus in eam, omnem partem bonam, fenum et arnum, electa et ossibus plena.

Pinguissum pecus assume, compone quoque strues ossium sub ea: effuberbit coctio ejus, et discoctus sunt ossa illius in medio eius.

Congre ossa, que igne succendam: consumetur carnes, et coquetur universa compositio, et ossa tabescunt.

Fili hominis, ecce ego tollo a te desiderabilem oculorum tuorum in plaga: et non planges, neque plorabis, neque fluent lacryme tue.

Ingemisce facies, mortuorum luctum non facies: corona tua circumligata sit tibi, et calceamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos ligentium comedes.

Locus tuus ergo ad populum mane, et mortua est uxor mea vespera: fecique mane sicut preparata mihi.

Erit Ezechiel vobis in portentum: juxta que feci, facietis cum venerit istud: et sciatis quia ego Dominus Deus.

XV. Et dices filii Ammon: Pro eo quod plauisisti manu, et percussisti pede, et gavisa es ex toto affectu super terram Israel:

Idecirco ecce ego extendam manum meam super te, et tradam te in direptionem Gentium, et interficiam te de populis, et perdam de terris, et conteram: et scies quia ego Dominus.

XXVI. Fili hominis: Pro eo quod fecit Idumea ultionem ut se vindicaret de filiis Iuda, peccavisse delinqunx, et vindictam expeditiv de eis:

Idecirco haec dicit Dominus Deus: Extendam manum meam super Idumeam, et auferam de ea hominem et jumentum, et faciam eam desertam ab Austro: et qui sunt in Deden, gladio cadent.

XXVII. Fili hominis, nonne iudicas, nonne iudicias civitatem sanguinum?

Sanctuaria mea sprevisti, et sabbati mea polisti.

Et quesivi de eis virum, qui interponeret se, et starcer oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam: et non inventi.

XXVIII. Fili hominis, duas mulieres filie matris unius fuerunt.

Et dissipabunt muros Tyri et destruent turres ejus et redam pulverem ejus de ea, et dabo eam in limpidissem petram.

Et descendunt ad sedibus suis omnes principes maris: et auferent exuvias suas, et vestimenta sua varia abjecti, et induentur stupore: in terra sedebunt, et attoniti super repentinu casu tuo admirabuntur.

Et assument super te lamentum, dicent tibi: Quomodo peristi, que habitas in mari, urbs in cœlo, que fuisti foris in mari cum habitatoribus tuis quos formidabant universi?

XXIX. O Tyre, tu dixisti: Perfecti decoris ego sum, et in corde maris sita.

Omnis naves maris, et nautes earum, fuerunt in populo negotiorum tue.

Hec omnia tecum cadent in corde maris in die ruine tue.

XXX. Fili hominis, dic principi Tyri: Hec dicit Dominus Deus: Eo quod elevatum est cor tuum, et dixisti: Deus, ego sum, et in cathedra Dei sedi in corde maris, cum sis homo, et non Deus, et dedisti cor tuum quasi cor Dei.

Ecce sapientior es tu Daniel: omne secretum non est absconditum a te.

Morte incircumcisorum morieris in manu alienorum: quia ego locutus sum, ait dominus Deus.

Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, et perfectus decore.

In deliciis paradisi Dei fuisti: omnis lapis pretiosus experimentum tuum: sardius, topazio, et jaspis, chrysolithus, et onyx, et berillus, sapphirus et carbunculus, et smaragdus: aurum opus decoris tui: et foramina tua in die, qua conditus præparata sunt.

To Cherub extensus, et protegens, et posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in viis tuis a die conditionis tue, donec invenias est iniquitas in te.

Et elevatum est cor tuum in decoro tuo : perdidisti sapientiam tuam in decoro tuo, in terram projecte te ; ante faciem regum dedi te ut cernerent te.

XXIX. Fili hominis, pone faciem tuam contra Pharonem regem *Egypti*, et prophetabis de eo, lex de *Egypto* universa.

Loquere, et dices : Hec dicit Dominus Deus : Ecce ego ad te, Pharaon, rex *Egypti*, draco magnus, qui cubas in medio fluminum tuorum, et dicis : Meus est fluvius, et ego feci menite ipsum.

Et ponam frenum in maxillis tuis : et agglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis : et extraham te de medio fluminum tuorum, et universi pisces tui squamis tuis adhaerentibus.

Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis servire fecit exercitum suum servitibus magna adversus Tyrum : omne caput decalvatum, et omnis humerus depilatus est : et merces non est redditus ei, neque exercitus ejus, de Tyro, pro servitute qua servit mihi adversus eam.

Propterea hec dicit Dominus Deus : Ecce ego dabo Nabuchodonosor regum Babylonis in terra *Egypti* : et accipiet multitudinem ejus, et depredabit manus ejus, et diripiatur spolia ejus : et erit merces exercitus illius.

XXX. Fili hominis, propheta, et dicas : Hec dicit Dominus Deus : Uilate, ve, ve die !

Quia iuxta est dies, et appropinquat dies Domini : dies nubis, tempus Gentium erit.

Et veniet gladius in *Egyptum* : et erit pavor in *Ethiopia*, cum occiderit vulnerari in *Egypto*, et ablata fuerit multitudo illius, et destruta familiare ejus.

XXXI. Fili hominis, dic Pharaoni regi *Egypti*, et populo eius : Cui simili factus es in magnitudine tua ?

Ecce Assur quasi cedrus in Libano, pulcher rarus, et frondibus nemorosus, excedens auctoritate, et inter condensas frondes elevatum est cakumen ejus.

Propterea hec dicit Dominus Deus : Pro eo quod sublimatus est in altitudine, et dedit summulatem suam viresne atque condensam, et elevatum est cor eis in altitudine sua : tradidi eum in manu fortissimi Gentium, faciens facit ei : juxta impetum ejus ejici eum.

Et succidit eum alieni, et crudelissimi nationes.

Cui assimilatus es, o inlyte, atque sublimis inter ligna voluptatis ? Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram ultimam : in medio circumcisorum dormies, cum eis qui interfici sunt gladio : ipse est Pharaon, et omnis multitudo ejus, dicit Dominus Deus.

XXXII. Fili hominis, assume lamentum super Pharaonem regem *Egypti*, et dices ad eum : Leoni Gentium assimilatus es, et draconi qui est in mari : et ventilabas corna in fluminibus tuis,

et conturbabas aquas pedibus tuis, et concubebas dumina eartum.

Propterea hec dicit Dominus Deus : Expandam super te rete meum in multitudine populorum multorum, et extraham te in sagena mea.

Ibi Assur, et omnis multitudo ejus : in circuitu illius sepulcre ejus : omnes interfici, et qui cederent gladio.

Tu ergo in medio circumcisorum contereris, et dormies cum interficiens gladio.

XXXIII. Dic ad eos : Viva ego, dicit Dominus Deus ; nolo mortem impii, sed ut convertatur impius a via sua, et viva. Convertimini, convertimini a vii vestris pessimis, et quare morienti, domus Israel ?

Et venient ad te, quasi si ingrediatur populus, et sedent coram te populus meus : et audiunt sermones tuos, et non faciunt eos ; quia in cantheum oris sui vertunt illos, et avaritiam suam sequitur cor eorum.

Et eiis quasi Carmen musicum, quod suavi dulcique sono canitur : et audiunt verba tua, et non faciunt ea.

Et cum venerit quod praedictum est (ecce enim venit), tunc sciens quod prophetes fuerit inter eos.

XXXIV. Vai pastoribus Israel, qui pascebant semitipos ! nome greges a pastoriibus pascuntur.

Lac comedebatis, et lanis operiebamini, et quod crassum erat occidebatis : gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidatis, et quod negrotum non sanatis, quod contractum est non alligatis, et quod abjectum est non redundatis, et quod perierat non quaeratis ; sed cum ansteritate imperabatis eis, et cum putatis eis.

Et dispersa sunt oves meas, et ego non esset pastor : et facte sunt in devocationem omnium bestiarum agri, et dispersae sunt.

Propterea, pastores, audito verbum Domini :

Hec dicit dominus Deus : Ecce ego ipse super pastores requiramus gregem meum de manu eorum, et cessare faciam eos ut ultra non pascant gregem, nee pascant amplius pastores semitipos : et liberabo gregem meum de ore eorum, et non erit ultra eis in escam.

Ego pascam oves meas, et ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus.

Quod perierat requiram, et quod abjectum erat reducam, et quod contractum fuerat alligabo, et quod infirmum fuerat consolidabo, et quod pinguis forte custodiatur ; et pascam illas in judicio.

Et assitabo super eas pastorem unum qui pacat eas, servum meum David : ipse pascet eas, et ipse erit eis in pastore.

Ego autem dominus ero eis in deum : et servus meus David princeps in medio eorum : ego dominus locutus sum.

XXXV. Hec dicit dominus Deus : Ecce ego ad te mons Seir, et extendam manum meam super te, et dabo te desolatum atque desertum.

Urbes tuas demoliar, et tu desertus eris : et scies quia ego dominus.

Eo quod fueris innatus semperitus, et consideris filios Israel in manu gladii in tempore afflictionis eorum, in tempore iniquitatis extremae.

XXXVI. Idcirco valiceinare super humum Israel, et dices montibus et collibus, jugis et vallibus : Hec dicit dominus Deus : Ecce ego in zelo meo, et in furore meo locutus sum, eo quod confusio nem gentium sustineretur.

Idcirco hec dicit dominus Deus : Ezzo levavi manum meam, ut gentes que in circuitu vestro sunt, ipsae confusione sum portent.

Vos autem montes Israel ramos vestris germinalis, et fructum vestrum affligeris populo meo Israel : prope enim est ut veniat.

Ei repiebo vos hominibus et iumentis : et multiplicabuntur, et crescent ; et habetate vos faciam scire a principio, bonisque donabo majoribus, quam habitibus ab initio : et sciatis quia ego dominus.

Ei effundam super vos aquam mandam, et mandabimini ab omnibus iniquitatibus vestris, et ab urbibus idolis vestris mundato vos.

Ei dabo vobis cor novum, et spiritum novum ponam in medio vestri : et auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum.

XXXVII. Facta est super me manus domini, et edixit me in spiritu domini : et dimisi me in spiritu domini : et locutus est quasi adificium civitatis regnorum.

Ei dixit ad me : Fili hominis, pulasne vivent ossa ista ? Et dixi : Domine Deus, tu nosti.

Ei dixit ad me : Valiceinare de ossibus istis : et dices eis : Ossa arida, audite verbum domini. Et accesserunt ossa ad ossa, unumquodque ad junctorum suum.

Ei vidi, et ecce super ea norit, et carnes ascenderunt : et extenta est in eis cutis desuper, et spiritum non habebant.

Ei ingressus est in ea spiritus, et vixerunt : stetimque super pedes suos exercitus grandis nimis validus.

Ei dixit ad me : Fili hominis, ossa haec universa, domus israel est : ipsi dicunt : Aruerunt ossa nostra, et periret spes nostra, et abscessi sumus.

Propriete valiceinare, et dices ad eos : Hec dicit dominus Deus : Ecce ego aperiam tumulos vestros, et educam vos de sepulcris vestris, populus mens : et inducam vos in terram israel.

Ei percutiam illis fidelis pacis, pactum semperitum erit eis : et fundabo eos, et multiplicabo, et dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum.

XXXVIII. Fili hominis, pone faciem tuam contra Gog, terram Magog, principem capitis Mosoch et Thubal, et valiceinare de eo.

Ei dices ad eum : Hec dicit dominus Deus : Ecce

ego ad te Gog principem capitis Mosoch et Thubal.

Ei circumagam te, et ponam frenum in maxillis tuis : et educam te, et omnem exercitum tuum, equos et equites vestros loricii universos, multitudinem magnam hastam et clypeum arriperemus et gladium.

Ei convocabo adversus eum in circuitu montibus meis gladium, ait dominus Deus : et gladius unusquisque in fratrem suum ducet.

Ei judicabo eum pesto, et sanguine, et imbre vehementi, et lapidibus immensis : ignem et sulphur pluam super eum, et super exercitum ejus, et super populos multos, qui sunt cum eo.

XXXIX. Super montes Israel cadet eum, et omnia agmina tua, et populi tui, qui sunt tecum : feris, avibus, omnique volatili, et bestiis terre dedi te ad devorandum.

Ei immittam ignem in Magog, et in his qui habitant in insulis confidentib : et scient quia ego dominus.

Ei succendent arma igni septem annis ; et sepius ibi Gog, et vocabitur vallis multitudinis Gog. Nomen autem civitatis Amona, et mundabunt terram.

XL. In visionibus dei adduxit me in terram Israel, et dimisi me super montem excelsum nimirum : super quem erat quasi adificium civitatis regnorum ad Austrum.

Ei ecce vir, cuius erat species quasi species aeris, et fulmineus linea in manu ejus, et calamus mensuræ in manu ejus : stabat autem in porta, et mensuræ est calamo portas, vestibula, fenestras, thalamos, atria et gazophylacia templi.

XLII. Et audiui loquendum ad me de domo, et vir qui stabat iuxta me, dixit ad me : Fili hominis, locus soli mei, et locus vestigiorum pedum meorum, ubi habito in medio filiorum israel in aeternum : et non polluent ultra dominus israel nomen sanctum meum, ipsi et reges eorum in fornicationibus suis, et in ruinis regum suorum, et in excelsis.

Nunc ergo repellant procul fornicationem suam, et ruinas regum suorum a me : et habitabo in medio eorum semper.

XLV. Et convertit me ad viam portæ sanctuariorum, que respiciebat ad Orientem : et erat clausa.

XLV. Cumque cooperis terram dividere sortito, separate primitias domino, sanctificatum de terra, longitudine viginti quinque millia, et latitudine decem millia : sanctificatum erit in omni termino ejus per circumflexum.

XLVI. Hec dicit dominus Deus : Si dederit principes domini alicui de filiis suis : hereditas ejus, filiorum suorum erit, possidebunt eam hereditarie.

XLVII. Et convertit me ad portam domus, et dico aquae egrediebantur subter limen domus ad Orientem : facies enim domus respiciebat ad Orientem : aqua autem descendebant in latus templi dextrum ad Meridiem altaris.

Et traduxit me per aquam usque ad talos.

Rursumque mensus est mille, et traduxit me per aquam usque ad genua.

Et mensus est mille, et traduxit me per aquam usque ad renes. Et mensus est mille, torrentem, quem non potui pertransire: quoniam intumescunt aquae profundi torrentis, qui non potest trans vadari.

Cumque me convertissem, ecce in ripa torrentis lingua multa nimis ex utraque parte.

XLVIII. Et hi egressus civitatis: A plaga Septentrionali quingentos et quatuor milia mensurabitis.

Et porta civitatis ex nominibus tribuum Israel, porta tres a Septentrione, porta Ruben una, porta Juda una, porta Levi una.

Per circuitum, decem et octo milia; et nomen civitatis ex illa die, Dominus ibidem.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto: sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

## INDEX

### LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ

QUE HIS IN JEREMIAM ET EZECHIELEM COMMENTARIIS ILLUSTRANTUR. VEL OBITER EXPLICANTUR.

Prior numerus paginam, secundus columnam, ubi unicus tantum occurrit numerus, ad praecedentem referri signum est.

#### EX VETERI TESTAMENTO.

##### EX GENESI.

*Cap. xiii, vers. 9.* Si ta ad dexteram iheris, ego ad sinistram pergam, pag. 486, col. 2.

##### EX EXODO.

*Cap. xxxi, vers. 42.* Novi te ex nomine, 485, 1.

##### EX LIBRIS REGUM.

*Lib. I Reg. cap. ii, vers. 5.* Que nullus habebat filios infirmata est, 641, 1.

*Ibid.* Donec sterilis peperit plurimos, 126, 2.

*—xxvi, 8.* Periodum cum lancea semel et secundo, opus non erit, 550, 2.

*Lib. II, cap. viii, vers. 2.* Mensus est eos funiculo, coneguans terræ; mensus est autem dum funiculos: unum ad occidentem, et unum ad vivificandum, 373, 1.

*Lib. IV, cap. xxi, vers. 13.* Extendam super Ierusalem funiculum Samare, et pondus domus Achab, 573, 1.

##### EX LIBRIS PARALIPOMENON.

*Lib. I, cap. xxvii, vers. 18.* Similitudo quadrige Cherubim extendentium alas, 495, 2.

##### EX LIBRO JUDITH.

*Cap. xvi, vers. 28.* Mansit autem in domo viri sui annos centum quinque, 193, 2.

##### EX LIBRO JOB.

*Cap. iii, vers. 3.* Peredit dies in qua natus sum, 162, 2.

*xx, 39.* Ille est pars hominis impii a Deo, 391, 2.

##### EX PSALMIS.

*Psalm. xvii, vers. 25.* Cum sancto sanctus eris, et cum viro innocentie innocenteris, et cum perverso perverseris, 598, 2.

*lxix, 8.* In capite libri scriptum est de me, 517, 1.

*lxi, 8.* Abyssus abyssum invocat, in voce cataractarum tuorum, 550, 2; 699, 1.

*lxv, 9.* Posuerunt in celum os suum, et lingua eorum transiit in terra, 748, 2.

*cxx, 6.* Judicabit in nationibus, implebit ruinas, 635, 1.

*cxxii, 1.* In exitu Israel de Egypto, etc. Facta est Iudea sacrificia ejus, 454, 4.

*cxxiv, 83.* Factus sum sicut eter in pruina, 384, 1.

*cxxix, 1.* Ecce quam bonum et quam iucundum, 648, 1.

##### EX PROVERBII SALomonis.

*Cap. i, vers. 9.* Ut addatur gracia capitii tuo, et torque collo tuo, 611, 4.

*v, 15.* Bibe aquam de cisterna tua, et fluenta putoi tui, etc., 34, 4.

*viii, 30.* Ludens coram eo omni tempore, Indans in orbe terrarum, 441, 4.

*x, 4.* Qui nititur mendacis, hic passi ventus, 177, 4.

*xx, 21.* Oculum videtem, et aurem audientem Dominus fecit utrumque, 567, 1.

*xxvi, 16.* Sapientior sibi pigrus videtur septem viris loquentibus sentias, 126, 2.

*xxx, 2.* Cingulum tradidit Chananeo, 615, 2.

##### EX CANTICO CANTICORUM.

*Cap. viii, vers. 6.* Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum, 138, 4.

##### EX ECCLESIASTICO.

*Cap. xx, vers. 9.* Est inventio in detrimentum, 441, 2.

*xxi, 29.* In ore fatuorum cor ilorum, et in corde sapientium illorum, 733, 2.

*xix, 4.* Multi quasi inventionem estimaverunt fuidus, 441, 2.

*xix, 9.* Qui a ventre matris consecratus est propheta, 15, 2.

*Locus que ex Propheti majoribus extra ordinem exponuntur.* Ex ISAIA.

*Cap. ii, vers. 9.* Agnitus vultus eorum respondit eis, 121, 1.

*xvi, 19.* Vivent mortui mei, interfecti mei resurgent, expurgiscimini et laudate qui habitatis in pulvere, quis ros huius, ros tuus, 759, 4.

*xxxviii, 1.* Morieris, et non vives, 883, 2.